

JO. GOTTLIEB  
HEINECCII,  
JC. ET ANTECESSORIS  
ELEMENTA  
JURIS CIVILIS  
SECUNDUM ORDINEM  
P A N D E C T A R U M ,  
COMMODA AUDITORIBUS METHODO ADORNATA.  
TOMUS PRIMUS.

EDITIO CÆTERIS ITALICIS  
Longe auctior, & castigatior.



NEAPOLI MDCCCLXIV.  
Prostant Venetiis  
Apud Jo. BAPTISTAM PASQUALI .  
SUPERIORUM VENIA , AC PRIVILEGIO .

ERUDITO, ET ÆQUO

LECTORI

S. P. D.

J.O. GOT. HEINECCIUS, JC.

**M**AJOREM, atque uberiorem in dies fructum capio ex instituto meo, jus civile revocandi ad sua principia, illudque non modo concinniore ordine, sed & ratione ad Tirocum captum accommodatione explicandi. Quum enim auditorum meorum profectu nihil prius, nihilque antiquius habere soleam, neque ullum umquam mibi majorem vigilium mearum fructum proposuerim, quam ut iis, quantum in me est, prodesem; quid quo<sup>z</sup>so contingere mihi potuisset jucundius, quid optabilius, quam quod *Elementis juris*, quæ secundum ordinem Institutionum Justiniani anno abhinc tertio adornaveram, aliquoties explicatis, adolescentes multo facilius, quam trita via, ad solidiorem principiorum juris intelligentiam pervenire animadverterim? Et si nemmo est, quem non satarum sua manu arborum latus adspectus, & flores amoenissimi magnopere delecent; quanto jucundius, quantoque suavius mihi esse oportuit, videre juvenes, qui se mihi instituendos dederant, ornatissimos, solius propemodum operi methodi eos fecisse progressus, ex quibus spem possem concipere pulcherrimam, eos, si pleno gradu hac via pergere vellent, ad veram doctrinæ laudem feliciter adspiraturos? Noli, quo<sup>z</sup>so, existimare, Lector humanissime, me vel spe, atque opinione mea deceptum hæc scribere, vel de me ipso quidquam prædicare velle arrogantius. Tantum enim abest, ut suavis error hac in re mihi illudat, aut mox mihi for-

J O. G O T. H E I N E C C I , J. C.  
ELEMENTA JURIS CIVILIS  
SECUNDUM ORDINEM.  
PANDECTARUM ADORNATA .

---

P A R S P R I M A ,  
S E U  
ΠΡΩΤΑ.

---

L I B E R P R I M U S  
TITULUS PRIMUS.

D E J U S T I T I A , E T J U R E .

- §. 1. Juris prudentia finis, & objectum. §. 2. Quid justitia? §. 3. An eam justitiam semper adsequatur Iustus? §. 4. Justitia expletrix, & attributrix. §. 5. Utriusque definitiones. §. 6. Justitia universalis, & particularis. §. 7. Commutativa, & distributiva. §. 8. Quid jus? Ejusque prima divisio in publicum, & privatum. §. 9. Utriusque definitiones. §. 10. Variae juris publici species. §. 11. Privati juris fontes. §. 12. Jus naturae, & gentium. §. 13. Jus gentium, vel primarium, vel secundarium. §. 14. Quid de his divisionibus sentiendum? §. 15. Quid Jus civile? §. 16. Vel scriptum, vel non scriptum. §. 17. Jus naturae immutabile, civile non item. Hein. Pand. Tom. I. A. §. 18.